

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Speculum Quaestionum moralium, in universam Aristotelis philosophi summi Ethicen

Case, John

Francofurtum, 1597

VD16 C 1242

Cap. XI. - An aliquis sibi iniuriam inferat? [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-109038](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109038)

Resp.

Lex est natura, ut neminem laedas, quare restitutio depositi secundum legem natura debet fieri in deponentis fauorem, non cum noceat sed cum profic maxime.

Opp.

Ius natura nos omnes aequales fecit, sed equitas hoc ius mutauit, ergo equitas ius naturale moderatur.

Resp.

Ius natura omnes aequales non fecit, nam alios dominos, alios seruos, alios patres, alios filios fecit.

C A P. X I.

*An aliquis sibi iniuriam inferat?
An consciscens sibi mortem iniuriam sibi faciat.*

NERVVS iustitiæ toties dirumpitur, quoties iniuria & damnum inferuntur. De inferenda iniuria. Ut enim discordia pacis fundamenta concutit: ita iniuria leges iustitiæ & æquitatis violat. Altius nec non acutiùs de inferenda iniuria hoc loco discutit Arist. ne mœnia iustitiæ tã præclare fundata impetu ac quasi fulmine iniuriæ labefactata ruant. Quid sit iniuria, quid sit etiã iniustũ, quid sit iniuriam aliis inferre

Dd 4 antea

Quæst. 1.

antea ostendimus. Restat nūc denuò, vt huncvnum scrupulum soluamus. vtrū aliquis sibi metipsi iniuriam inferat. Proccedit philosophus in textu differendo in vtramq; partem, & tandem cōcludit negatiuè, nimirum neminem sibi posse inferre iniuriam. Argumenta contra statū & conditionem secundę quęstionis sunt duo, alterum ab exemplo desperantis, qui sibi consciscit mortem, alterū ab interpretatione legis, quę tacitè vetat tam horrendum flagitium. Quę enim lex nō iubet, ea inquit philosoph⁹, profecto vetat, sed lex non iubet quenquā sibi mortem cōsciscere: ergo id ipsum vetat. Si igitur quis hoc faciat, contra legem facit; si contra legem facit, damnū & iniuriam adfert, non alteri: ergo sibi. Hic respondendum est, iniuriam non solum esse lesionem contra legem, sed etiam contra voluntatem eius qui patitur. Cum ergo hoc fiat spontè, iniuria rectè non definitur. His positis negantem partē quęstionis aggreditur, & demonstrat primū à definitione iniurię, secundo à consuetudine ciuitatis, tertio à cōparatis, quarto à con-

Quæst. 2.

Pro negante
parte quęstio-
nis argumen-
ta lex.

à contrariis, quinto à relatis, sexto à fine.
 A definitione iniuriæ, quæ est læsio contra
 leges spõte illata ab agente, inuitè sus-
 cepta à patiẽre: sed extrema Neronis de-
 speratio non est inuita sed optata: ergo
 non est iniuria Neroni. Est tamẽ iniuria
 ciuitati. A cõsuetudinẽ ciuitatis, quæ pœ-
 nam & notã sempiternę ignominie con-
 stituit illis, qui furiis agitati seipsos cõfo-
 diunt. A comparatis, quia vt nemo vxori
 suæ inferre stuprũ, vt nemo suum parie-
 tem diruere, vt nemo sua furari dicitur:
 ita nemo sibi inferre iniuriã (etsi fauces
 sibi recte perstringat) iudicatur. A cõtra-
 riis, nam (hoc posito quòd aliquis sibi in-
 ferat iniuriam) sequetur quòd idem sit &
 agens & patiens, quodq; actio & passio si-
 mul eidẽ inesse possint. A relatis, quia vt
 omnis iustitia ad aliud: ita vniuersa iniu-
 stitia ad alterũ refertur, ergo si iniuria sit
 quẽdã iniustitia, vt est, ad alterũ nõ ad se-
 ipsum referri debet. A fine, quia iniuria ab
 omnib. cognoscitur esse malũ, sed nemo
 malũ appetit, vt in primo Ethicorum de-
 monstratur: ergo nemo sibi iniuriam in-
 fert. Qui ergo sua profligant, qui alienũ

1.

2.

3.

4.

5.

6.

Dd 5 tho-

thorū violant, qui in seipſos delinquent,
 legibus, magistratibus, & ciuitati, quæ ista
 vetant, iniuriam quidem inferunt, non
 sibi: Nam quemadmodū improbus puer
 mandata præceptoris palam cōtemnens
 iniuriam præceptorī facit, cui summam
 obedientiā debuit: ita qui legē spernens
 sibi vim infert, ciuitati, legi, & naturæ (qui
 bus semper obtemperare oportuit) ma-
 gnū iniuriæ vulnus imprimit & infligit.
 Sed quid ago? quē in hac theſi ac conſul-
 tatione ſequor? quā abhorret ab omni
 ratione, à fide; à religione iſta oratio? qd?
 nemo ne ſibi iniuriam facit? nō adulter?
 non fur? nō ſui licetor & homicida. Si ſtes
 ſententiæ vix Chriſti diſcipulus, ſi mutes
 conſiliū vix ſagax philoſophus eſſe vide-
 ris. Præclare Chryſoſtomus. Nemo lædi-
 tur niſi à ſeiſo. peſſimè ergo Ariſt. Ne-
 mo lædit à ſeiſo. Siſte veſtigiū quæſo. ſi
 hæc ſit ſumma cauſæ, nulla famæ iactura
 ſequitur: hæc enim quæ obiicis Sibyllæ
 quaſi folia ſunt, ſtatuq; rationis citò diſ-
 pellūtur. Quomodo ergo recōcilias iſta?
 vno verbo. Num diuus Chryſoſtom⁹ vitā
 theoricam, magnus Ariſtoteles vitā po-
 liti-

liticam intellexit. Quam ineptè? imò potius diceris quàm appositè. Nam in the-
 orica vita ubi mēs tota defixa est in Deo, nemo quidem læditur nisi à seipso id est nisi agere & impatienter ferat, quod fors attulerit. In politica autem vita quæ lege regitur, iniuria ab alio agente nō à seipso patiente impingitur. Caterùm diligenter ac seriò mecum de hac re considera: nam inficias ire non videtur Arist. quin quodam sensu aliquis sibi iniuriam inferat. Sunt quidem duplices potentia & facultates animæ, aliæ cōpotes rationis quæ imperarent, aliæ rationis expertes quæ subseruirent. Inter has vires Aristot. est quædam iuris societas & communio, Si ergo vel corpus quod est vehiculum & mancipium naturæ, vel si inferiores istæ potentia (quales sunt sensus, appetitus & phantasia) vim & impetum in arcem animi faciunt, nō est dubitandum quin hoc respectu damnum & iniuriã aliquis sibi fecerit. Lex enim naturæ est ut hæpareant, illæ dominantur. Quod si aliter fiat, ius naturæ violatur, ordo peruertitur, iniuria animi dignitati infertur.

Quomodo quis à seipso lædatur & nō lædatur.

Potentia animæ duplices, rationales, irracionales.

Distin.

Distinctio.

Iniuriam sibi Nemo iniu-
neminem in- riam sibi in-
ferro. fert, quia

1. Nemo seipsum sponte lædit.
2. Omnis iniustitia & iniuria est ad alterum non ad seipsum.
3. Idem non potest esse patiens & agens simul, quod fieret si aliquis sibi iniuriam inferat.
4. Ciuitas desperantibus pœnam ignominia constituit.
5. Ut nemo sua mœnia diruit: ita nemo sibi iniuriam infert.
6. Nemo malū appetit, sed omnis iniuria malū est, & ita esse ab omnib. iudicatur: ergo nemo illud appetit.

Secundæ dubitationis expositio in explanatione primæ est explicata.

Opp.

Aliquis fortuito & incautè frequenter seipsum occidit: ergo aliquis iniuriam sibi inferre potest. Argumentum tenet, quia est damnum sibi illatum contra voluntatem.

Resp.

Argumentum non tenet, quia volens hoc ipsum volenti non fecit, quod in facienda iniuria semper requiritur.

Opp.

Appetitus qui voluntas sensitua dicitur, saepe animo contra voluntatem intellectiuam vim & damnum infert, vt patet in desperantibus: ergo aliquis sibi iniuriam infert.

infert. Argumentū probatur, quia omnes potentie ani-
mae coniunctae cū corpore vnum solum hominem nume-
ro constituunt, qui & agit & patitur hanc iniuriam.

Resp.

Ut homo minor mundus dicitur: ita si potētiās ani-
mae & corporis consideres, quaedam in seipso ciuitas dici
potest. Est enim animi imperium in corpus, est etiam
quarundā partium in animo vt intellectus, rationis &
volūtas quidam in ceteras partes principatus, quae o-
mnes vnitae vnum hominem constituunt, vnum quasi
mundum, vnam quasi ciuitatem. Cum ergo inferiores
potentia rebelles sint ac conspirēt in superiores, contra
legem natura factum est damnum quidem, sed si verē
dicam quod sentio, meo iudicio facta non est iniuria,
quippe est in potestate primarum partium ista spē ulā-
tes & contumaces potentias coercere. Dicit ergo nō po-
test quōd fiat lesio contra voluntatem intellectiuam,
cum in ea situm sit resistere & superare, tum enim fit
iniuria cum non sit in potestate resistere.

Damnum po-
test fieri, in-
terim vt non
fiat iniuria.

An aliquis suae uxori stuprum in-
ferat?

Dub.

Opp.

In debito matrimonij, si animus sit intēsus meretri-
ci, stuprum committitur: ergo illud exemplū apud phi-
losophū nihil probat. Antecedens probatur, quia secun-
dum canones philosophia ab electione & intentione de-
pendet peccatum, nō autem semper ab actione vt patet
in ignorantibus.

Resp.

Resp.

Intentio istius Sardanapali nō in vxorem sed in me-
rettricem fluēs iniustum & iniuriam facit. Sed Aristot.
de debita & verecunda actione loquitur.

Opp.

Non apparet cui iniuriam sic facit: ergo nō videtur
esse iniuria.

Resp.

Apparet: nam & civitati cuius legem contemnit, &
alteri cuius corpus maculare optauit, hoc damnum in-
ferri videtur.

Opp.

Nullus damnum ex hac electione & intentione pa-
titur. ergo iniuria non infertur.

Resp.

Potest esse iniusta & iniuriosa actio sine iniusta pas-
sione.

Vtrū iniustum agere sit turpius
quā iniustum pati?

{ Est cum malitia coniunctum: aliud ve-
rō est sine malitia.

{ Opponitur magis bono nempe honesto:
at pati iniustum opponitur bono vir-
tutis iucundo.

{ Reddit hominem simpliciter malum,
pati verō iniustum non reddit.

{ Digniore partem animi inficit, nem-
pe voluntatem.

Agere iniu-
stum est pe-
ius malum,
quia

Opp.

Opp.

Pati iniuriam nō est omnino malum: ergo rectē non dicitur agere iniuriam esse peius malum. Antecedens patet, quia est in potestate patientis, damnum vt in suum bonum commutetur: multi enim boni viri patietes iniustum in Christo lucrantur cœlum.

Resp.

Pati iniuriam est malum pœna non culpa, quod verō sic intellexerit Arist. in textu constat, vt docet pati iniuriam carere malitia.

Pati iniuriam caret malitia

Vtrum lex id omne vetet quod non iubet? Dub.

Opp.

Sexcenta sunt quae lex non iubet, vt vxorem ducere, hoc vel illud vendere, non tamen vetat: ergo id omne non vetat quod non iubet.

Resp.

Vniuersim de omnibus, & sic hoc loco non intelligitur, nam multarationi ac voluntati relinquuntur. Lex quae non iubet mala, vetat.

Speciatim de malis, & sic id omne vetat quod nō iubet, vt nō iubet stuprari, aut res alienas clam surripere: ergo & stuprum & latrocinium vetat.

Hac propositio accipitur duobus modis vel

Laus Deo.

LIBER